Boratinskie Dabrowska

transportatur eiusdem inscriptionis succumbens quoliens se prenominatus
recognoscens cum successoribus suis predicta Ursula Dabrowska vel
eius posteris citare permiserit tunc recedendo a suo proprio foro Co
ram officio publico Castrensi Premisliensi cui se actus publicos respectu cum suc
cessoribus ac bonis supernominatis subiicit semper in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare iuri parere rendere et loco rationis pro citatis
omnibus tunc quibus opus fuit ab officio non recedendo satisfacere contentaque
publicis inscriptionis implere et exequi tunc et eius posteri tenebuntur Termi
nus ipsum primum peremptorium a calicis consequenter Nullare exquisita
et colore excogitato actione pro maiori vera vel simplici infirmitatibus
Evasionibus prescriptionibus suspensionibus penis trium et tertium mar
carum dilatione ad quietem successorum minorennitate bello expeditio
ne bellica incursu hostium aura pestifera conventione gentis et particula
ri absentia a regno servitio sacrae Maiestatis Regiae Reipub. ac militari
Ceterisque legalibus quibusvis impedimentis Motionibus denique et
applicationibus accurate prosequutionibus differentiis et evadendi in modo eorum successoribus
premissis aliisque omnibus iuris remediis abrenuntiando sue et suorum suc
cessorum sub amissione totius causae Nulla in premissis terminis prescriptione obstante

Blazowski vel Manasterski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensi Premisliensi
Nobilis Iwan Michowicz Blazowski a iure foroque suo proprio
recedendo publicae iurisditioni se cum successoribus quoad actum et effe
ctum publicae inscriptionis attinet incorporando sanus mente et corpore existens
publice ultro ac per expressum recognovit Quia Nobili Iwan Mana
sterski et eius successoribus summam Quadraginta florum pecco
niae et unum polonicum debiti certi et mutuate pecuniae tenetur pre
sentibusque secum successoribus obligat et inscribit Eidem Creditori suo
vel eius posteris sine pro die et festo Conversionis Sancti Pauli
quod proxime venturo circa officium et acta publica Castrensi Premisliensi

plenarie ac in effectu solvere et reponere vel in defectu solutionis
et repositionis eiusdem summae Realem intrationem et actualem pacamque
possessionem in bona sua sexta vigilia Cmethonem suum per eundem Credi
torem et eius successores in bonis villae Blazow et Wolia Blazowska
Exceptis duobus Cmethonibus et agris in quibus Molendini sunt
constructi quos idem debitor pro se et suis posteris reservat et eligendi
in crastino eiusdem dici solutioni assignatae vel tunc dum eandem
per ministerialem quemcunque et nobiles capiet in summa predicta essen
ciali Quadraginta florum pecuniae monetae polonicae libere admittere ea
demque non impugnare sub vadio Quadraginta florum pecuniae mon
etae unum polonicum Per tandem Creditorem et eius successores bona su
pranominata eiusdem debitoris sui sexta vigilia Cmethonem per eundem eli
gendum cum omni iure dominio attinentiis proventibus censibus labo
ribus accessibus gentis universis in summa prescripta Quadraginta
florum pecuniae monetae polonicae tenendi habendi possidendi a tempore
accepte possessionis ad festum Nativitatis Christi domini tunc proximum
et in defectu protunc exemptionis ad aliud simile festum et sic consequenter
de anno ad annum usque ad exemptionem et summae predictae omnimoda
per solutionem iuxta cursum terrenum Tenebiturque supranominatus debitor
ac se cum successoribus meis idem bonis aliisque omnibus terminis obligat et
inscribit tunc Creditorem suum ac successores illius occasione eorundem
bonorum ab omni impetitione iuridica quarumvis personarum sexus status
ac conditionis cuiusvis existentium in inscriptionibus gentis omnibus
vicissim bonis in quemcunque sensum factis et faciendis ac litteris
in genere omnibus positis et ponendis lucrisque et perlucris ac eisdem bonis
productis et producendis tunc quibus opus fuit tueri defendere evincere et libe
rare intercedere bonaque eadem semper et ubique munda et libera
facere Nec ipsemet cum successoribus suis possessionem bonorum eorundem
prepedire et adimere debet sub vadio Quadraginta florum